

men obtinuerant. his namque patratis, ut supra memoratum est, ex concessione iam dictorum ducum et populi collaudatione quedam littora in prefati ^(a) Aurii tribuni potestate concessa sunt. in primo quorum quendam ^(b) Maurum presbiterum, qui de Altinensium fugerat civitate, invenit, qui ei ordinatim omnia exposuit ^(c), qualiter 5 sibi Deus revelaverat quendam heremi locum, in quo sancti martires Hermes et Herasmus in Dei honore et eorum nominis titulo ecclesiam ei edificare iusserant, cuius etiam mercedem illi impendere promiserunt ^(d). in sequenti quoque littore albisimam nubem sibi apparuisse dicebat, ex qua duos claritatis ^(e) velut solis 10 radios resplendere viderat, ad quam cum propius accederet, clarissima voce sibi dicentem audivit: « ego sum dominus Deus « Salvator et tocius orbis dominator: terra autem, in qua stas ^(f), « cave ^(g) ut in ipso loco, quem tibi monstravero ^(h), in nomine meo « basilicam construas ⁽ⁱ⁾ ». tunc nubes illa cum prefatis ^(k) radiis 15 non longe ad alium transferens se locum ^(l), in quo dulcisona alia vox facta est, de nube dicens ^(m): « ego sum Maria domini Ihesu « Christi mater ⁽ⁿ⁾: in hoc loco ecclesiam in honore mei nominis « volo ut ^(o) edifies »; quem etiam locum sibi denotasse aiebat ^(p). in tercio autem cum pervenisset littore, eiusdem littoris medietatem 20 ex gentium et populi diversa multitudine occupatam se vidisse narrabat ^(q), cuius alia medietas boum ac bubalorum densissimas acies vegetabat. in medio autem littore nubes illa candidissima cum suis radiis stetit, ad quam cum accessisset, splendida canicie senem quendam in speciosissima sede sedentem infra ^(r) ipsam 25 nubem ^(s) contemplatus est ^(t), cum quo videlicet iuvenis quidam erat, insimul confabulantes. tunc senior ille ait eidem Mauro presbitero: « ego sum Petrus, apostolorum princeps, a christiani « gregis pastore constitutus ut ^(u) ipsius pascam oves et agnos: nunc

(a) *Su* prefacti (b) *Su* quondam (c) *Su* omnia seriatim exponunt (d) *Su* sponderunt (e) *Su* om. clarit. (f) *Su* eras (g) *Su* fac (h) *Su* ostendero (i) *Su* edifices (k) *Su* prefactis (l) *Su* loc. se transf. (m) dulcisona - dicens] *Su* alia vox divinitus auditur eaque de nube exire videbatur dicebatque (n) *Su* mater domini I. C. (o) *Su* quamobrem volo ut in hoc loco mihi ecclesia fabricetur in honorem nom. mei (p) *M Su* agebat (q) *Su* med. eius litt. ex div. moltit. gent. et populi narr. se vidisse occupatam (r) *Su* inter (s) *Su* nub. ips. (t) cont. est] *Su* vidit (u) a christ. - ut] *Su* const. a Christo super gregem suum vigilans pastor ut